

A culas, nares, digitos amittere: ipse diphthera caprina à pastore redempta, vix tandem Moscoviam pervenit. Nec ex Guagnino. Plurima alla sub certis Timis Cruditatis recensentur.

Turcorum.

MAHOMETUS II. Amurathis F. is qui Constantinopolim cepit, non in hostes tantum, sed & in suos crudeliss. fuit. Mortuo patre, Thurfinem & Calepinum fratres, in cuius adhuc vagientes, interfecit. Habebat ab ineunte pueritia morum vitiosum magistram Chalin seu Chalibassam, quem et pater moriens tuorem reliquerat, quasi patrem; cuius etiam majores Othomannis superioribus charissimi fuerant. Capta Constantinopoli, Chalin strangulavit, exquisitissimis tormentis excruciatum, ipsius divitis inhians; praxextu autem quasi semper sensisset cum Christianis, ejusque persuasionibus pater Amurathes nunquam fuisset ausus Constantinopolim bello urgere, quam nullo quasi labore ipse occupasset. Chalis certe latius arbitrabatur, Orientale Imperium velut atate & longo morbo confectum, paulatim dissolvi, quam omnium Christianorum principum vites in Turcos provocare. In ejus locum Mahometus suffecit, non modo exercitum Occidentali (qui colligiur ex Europæ provinciis) præfexus fuit, sed omnia maxima & periculosissima gerebat. Is ut le aliquando ex infami onere servitutis redimeret, excepit tyrannum magnifico convivio. Profert aureum numum quinquaginta millia, & amplius: verbis submissis libertatem supples petens, ut se libero quam famulo uti mallet. Quo audito, ita exandescere cepit, ut vitæ motumque socium, ducem præterea victoriis illustrem, humi prostratum, tanquam fugitivum servum pedibus calcaverit: iuste almeo ad lastrudinem usque tamdiu pulsaverit, donec repetita sepius voce clamaret: Gratias ago tibi, mi here. Pueros quosdam exoletos, quos pluris facere videbatur, quam vitam ipsam, celebri convivio obruncavit omnes, quod vini quispian ebullient, quod superfluerat. Hac immani crudelitate se cunctis terribiter præbuit. Multos ob opes, quos longo tempore comparaverat: alios, ut uxoris illorum potiretur, mactari iussit: carnifices si desset, ipse suis manibus carnificis obibat munus. Cusp.

DUCES.

LYSANDER Lacedæmonius, victis Atheniensibus, captis Athenis, Rebulonib. passim amicos suos præfecit, & crudelissime per totam Græciam vagatus est. Nempè representabat non ex propriis tantum offensivis necem: sed frequentibus odiis, frequentibus cupiditatibus amicorum, quos passim habebat, ea donabat facinora, illorumque in his erat suffragator. Unde celebrata vox est Eteoclis Lacedæmonii, Græciam ferre duos Lysandros non potuisse. Idem de Alcibiade Theophrastus Archistratum auctor est edisse. Cæterum acerbissimus in hoc petulantia erat, & cum procacitate conjunctus luxus: Lysandri verò potentiam efficiebat amaritudo morum horrendam & atrocem. Plut. in Lysandro.

ALBINUS Judææ præfectus, qui Festo successit, rapinis & caedibus omnia miscuit, ita tamen ut militiam suam tegere posset. Joseph.

CESSUS, vel Cestius Florus, Clazomenios genere, Albino successore missus in Judæam, anno Neronis duodecimo, vir injustissimus, crudelissimus, rapacissimus, paris improbitatis uxorem habens Cleopatram, Judæos injuriis suis ad bellum Judaicum concitavit. Joseph. lib. 20. cap. ultim. Antig. Cum latronibus immunitatem daret, prædæ parte ab illis accepta, urbes integras depopulabatur: omnique ratione studebat, Judæos ad defectionem à Romanis cogere: ne apud Cæsarem accuseretur, sed bello extorto scelera priora occultaret. Idem lib. 2. cap. 13. belli.

PLAUTIANUS, militum Severi Romanorum Imperatoris præfectus, cujus magna auctoritas & potentia apud Cæsarem erat, non tantum privatos & optimates pecunia temere exhaustis: sed nullam gentem, nullam civitatem reliquit, quam non prædaretur. Equos furatus est centurionibus, centum cives Romanos clam domi suæ interfecit: excidit non solum pueros & adolescentes, sed etiam viros, quorum nonnullis uxores erant. Xiphilinus, Dionis Nicæ abbreviator, in Severo.

NOBILES.

De Catilina & Cethego sic scribit Juven. Sat. 8. Quis Catilina tuis natalibus, atque Cethegi Inveniet quicquam sublimis? arma tamen vos Nocturna, & flammas domibus templisque parastis.

IMPROBITATIS CUM PROBITATE

PER MIXTIO.

QUI VARIIS VIRTUTIBUS SIMUL ET VITIIS EXCELLUNT. MORES MIXTI.

Non hic mutationem morum ratione ætatis dignitatique factam (que ad inconstantiam pertinet) sed morum contrariorum miscellam ferè naturalem consideramus. Consule Tit. Versutii ingenio præditi. Illic ingenii volubilitas, hic habitum diversorum possessio consideratur.

Æneas objurgat Hectorem, quod noctu contra hostes pugnaturus se objicere periculis vellet, apud Eurip. in Rheso, inquit:

Εἰς ἴδ' ἀπὸ δ' ἑβόλῃ, δὲ δ' ἄρα τοῦτο ἄλλ' ἢ τὸ ἄνθρωπος εἶναι, ἔτις ἀδὲς ἑσσοῖσι Πέρον. ἄλλ' ἢ δ' ἄρα ἄνθρωπος ἔστις ἄλλ' ἢ τὸ ἄνθρωπος εἶναι, ἔτις ἀδὲς ἑσσοῖσι.

Utinam elles vir tam bonus in dando consilio, quam promptus manu. Sed enim non unus idemque, omnia ut sciat, hominum natus est: alii aliud addidit est donum: tibi quidem pugnare, aliis bene consulere. Sententiam eandem in penultimo libro Hiadis Homerus his verbis protulit:

Ὀδὴ ἄρα πῶς ἴδ' Ἐν πάτρῃσι ἔργων δ' ἀνεύρα ἄρα ἴδ' ἄρα.

DEMETRIUS Poliorcetes, pace omnibus voluptatibus addictus erat, bello omnibus vitæ illecebris abjectis, vitam & mores temporis accommodabat. Idque in causa fuit, ut æquiore animo Antigonus pater illius libidines & intemptivas potationes ferret. Sabell. lib. 7. En. 4.

PAUSANIAS, rex Lacedæmonius, ut virtutibus plurimum eluxit, sic & vitiis est insigniter adobrutus. Hujus victoria ad Platæas Persicum Imperium, duce Mardonio, in Græcia accisum concidit. Sed ea elatus, majora amplioraque concupiscere, & cum Persarum rege clam de prodicione agere cepit. Quum in suspicionem recidisset, pecunia rem transegit. Delecta prodicione, in Minervæ templum Chalæcæum coniugiens, fame interit. Plut. & Diodorus.

In Alcibiade Clinia filio Atheniense, natura, quid efficere possit, videtur experta. Natus in amplissima civitate, summo genere, omnium ætatis fere formosissimus, ad omnes res aptus, consilii que plenus. Namque imperator fuit summus mari & terra: disertus, liberalis, ita ut nemo ei dicendo posset resistere. Laboriosus, patiens, liberalis, splendidus in vita que victu, affabilis, blandus, temporibus callidissimè intervens. Idem simulac & remiserat, luxuriosus, diffusulus, libidinosus, intemperans: ut omnes mirarentur in uno homine tantam morum dissimilitudinem. Probus. De eodem sic Plut. Alcibiades magnis virtutibus præditus & eloquenti immiscebat luxum comestationes, amores, proterviam, molliem vestium, insolentem profusionem, inclitas in tremibus fororum, quo mollius cubaret, cum injecta haberet facies, non asseribus, stragula: clypeum deauratum, in quo Cupido fulmen tenens erat sculptus. Quæ principes cum viderent, tum execrabantur, tum extimecebant, velut tyrannica. Nec malè Archistratus dixit, duos Græciam Alcibiades non potuisse ferre.

In Agathocle, Pisistrato, & reliquis tyrannis, nisi ingentes virtutes internam dominandi libidinem texissent, nunquam ad tantas opes pervenire potuissent. Consule Tit. Tyrann.

L. SYLLA fuit natura varia, ut ipse fecum sæpius discipere videretur: rapere, multo plura largiri: contumelia duc nos colere, supplices ludibrio habere: non levibus de causis in puniendo gravis, nunc in magnis sceleribus plectendis diffusulus. Plut. in Sylla.

In L. Catilina ingentibus virtutibus ingentia vitia nexu quodam dissolubili copulata fuisse, Salustius tradit.

MITHRIDATES rex Ponti fortiss. & opt. variis vitiis deditus fuit. Uxor enim, tres filios, & filias totidem interfecit: occidit & fratrem & lorores duas. Vino insuper & Venere supra modum deditus fuit. Annis circiter quadraginta cum Romanis bellavit. Vir alicui invicto animo & statura ingenti. Aded natura interdum in uno vitia virtutibus miscet. Sabellianus lib. 4. Enneadis sextæ.

M. ANTONIUS Triumvir, in re bellica abstinentia, labore & fortitudine, in otio vero luxuria, remulencia & libidine omnes superavit. Sabell. lib. 8. c. 8. ex Plutarcho.

NERO primis Imperii annis tam fuit laudatus princeps, ut in

A in proverbium abierit, etiam optimos principes longè abesse à primo Neronis quinqueennio. Postea verò aded fuit dissimilis evasit, ut monstrum, non homo dici meretur. Suet.

Domitianus Imp. circa administrationem Imperii aliquandiu se varium præstitit, mistura quoque inæquali virtiorum atque virtutum, donec virtutes quoque in vitia deflectit: quantum conjectare licet, super ingenii naturam, inopia rapax, metu sævus. Sueton.

In quendam habentem varios mōtes, Martialis Epigrammatum lib. 12. sic ludit:

Difficilis, facilis, jucundus, acerbus es idem: Nec tecum possunt vivere, nec sine te.

MANUEL COMNENUS Imp. Græcorum, quum tempus postulat, patientissimus erat laborum, frigoris, ætus, insomniæ: cum à bellis vacabat, jucunditati se dabat, & genio indulgebat. Nicetas lib. 7.

GALLENUS Imp. ignavissimus, sed oratione, poemate, atque omnibus artibus clarus, & in perlicie ingeniosissimus: si non abdomini & voluptatibus deditus, dies ac noctes in vino & soporis voluptatibus, orbem terrarum perne didisset. Cuspiarius ex Trebellio.

ORFA, Merciorum rex, in primo ætatis flore laborabat sibi in exhausta divitiarum, imperitque amplificandi; qua de causa finitimus regulus modò bellum inferbat, modò infidias faciebat. Contra virtutem nullam non magnopere exercuit, militaris disciplinæ studiosus, tanquoque animi robore in rebus agendis fuit præditus, ut quisquis per id tempus magnus, attamen nihil ad eum. Cæterum in ætate jam matura, cum morum probitate atque modestia, tum vitæ innocentia maxime floruit. Polydorus lib. 4.

IMPROBITATIS EXERCITATIO.

FRUCTIBUS, VEL DIGNUS.

Consule Locum Infelicitatis ex sceleribus. Ex singularum quin etiam virtutum supplicis illustretur.

CLAUDIUS in Eutropium i. inventores & auctores malorum suis ipsos artibus intrare per epagogen docet: Quam bene dispositum teris, ut dignus iniqui Fructus consilii primis auctoribus instet. Sic multos stivo vates arente per annos Hospites qui caso monit placere Tonantem, Inventas primam Bisyriadas imbuit aras, Et cecidit seoi, quod dixerat, hostia sacri, Sic opifex tauri, tormentorumque reperior, Qui sunt ista novo fabricaverat era dolori, Primus in expertum Siculo cogente tyranno Sensit opus, docuit que sumum mugire juvenum.

ALCIBIADES supra omnes in rebus. fuit industrius & dux invictus: cum tamen vitæ dissolutio & ferocitas evertit, neque fructum capere civitati ex reliquis ejus virtutibus permisit luxus & lascivia. Plut. in præceptis sapientis.

INDIGNUS.

Ex loco Felicitatis exempla eorum qui per scelera ad opes & dignitates pervenerunt.

CERTAMINA.

Generalis Locus ex particularibus Virtutum certaminibus illustrandus, in justis & avaritiæ. Et.

IMPROBITAS ET IMPROBORUM STUDIUM, AMOR.

Consule Locum Injustitiæ Distributivæ simplicis, item Correctivæ Injustitiæ, quatenus injustitiam aliorum non corrigendo, eidem videntur parocinari. Imprimis vero Titulum Tyrannorum, qui quo sunt sceleratiores, eo magis aliorum delectantur sceleribus. Tum etiam Tit. Amor Principum malorum.

CÆSAR CALIGULA in curiam homines introduxit probroissimos & turpissimos, quod per eos suam se diceret dignitatem recuperasse. Similes nimirum habet labra lactucas, & quod proverbio circumfertur isotus apertus. Sed & illud forte studebat, ut sceleratissimorum conversatione ipsius scelera minus conspicua essent. Sic nostra etiam ætate Principes quosdam stultis & morientibus non aliam ob causam ad infamiam usque delectari videmus, quam quod illorum comparatione videntur sibi ipsi sapientes, qui comparatione cordatorum hominum, proverbio fidem faciunt, Aut stultum aut regem nati oportuisse.

HERACLITUS Ephesius, vitæ magno alicui ingenio, fuit. L. B. T. beat. vitæ Human. Tom. IV.

rum civium radio ad phanum Dianæ primò secessit: ubi alii quando irrisus, quod cum filiis luderet astragalus: Malo hoc, inquit, quam rempublicam vobiscum administrare. Abiit inde hominum odio in montes, herbarum & aquæ victu contentus, ferarum ritu solivagus. Sabell. lib. 2. cap. 2.

ODIUM.

Vide Tit. Tyrannidarum, item Odium Tyrannidis. SAMUELS Propheta filii, quibus Judicum dignitatem concesserat, ob improbitatem, occasionem dederit Isaacitis regis petendi.

Deliberabant Lacedæmonii de summa rerum. Exurgit quidam turpitudine vitæ defamatisissimus, sed facundia insigni, & consilium prudens proponit, omnibusque persuader. Tum unus Ephororum stomachabundus: Et quamnam hæc demencia est, o cives, quæve spes, temp. hanc diutius incolentem fore, si hujusmodi consiliarius nemur? Quod si proba iustitæ & honesta sententia est, non sinamus eandem dehonefieri turpissimam auctoris contagione. Hoc ubi dixit, viro forti que iusto, sed infacundo, præcepit eandem sententiam quibus post verbum dicere. Sic bona sententia manit, turpis auctor mutatus est. Gellius lib. 18. c. 3. ex oratione Aeschini contra Timarchum, & Plutarchus in Laconicis.

POE N A.

Pete ex Loco de Pana in genere.

Imprudentia.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Imprudentia, Græcè ἀνομία, & ἀνοία, ἀπορροή, Hebraicè Scheghabah, ignorantia, incogitantia, error, inscitia, peccatum per ignorantiam admissum: à verbo Schaghabah, incogitantes egit, imprudens fecit. Vide Levit. 4. 2. & 5. 18. Num. 15. 28. Imprudentia cavenda Ephes. 5. 17. ἀπορροή, &, &, &, imprudens dicitur. Imprudentia autem sumitur tripliciter, scilicet negativè, privativè, & contrariè. Prima non est peccatum, sed secunda est peccatum mortale sit contra præceptum Dei, aliter est peccatum veniale. Ex B. T. hom. secunda Secunda, q. 50. art. 1.

Imprudentia est generale peccatum participativè, non autem essentialè. Cujus sunt triplices partes, scilicet Subjective, id est, monastica, politica, & œconomica; Potentiales, id est, præcipitatio seu temeritas, inconsideratio, inconstantia, & negligentia: Et integrales, quæ reducuntur ad Potentiales. Ex B. T. hom. secunda Secunda, q. 53. art. 2.

Imprudentia, rationis est vitium, malè vivendi causa. Arist. libello de virtutibus. Est igitur Imprudentia vitium sive peccatum, quod committitur contra prudentiam, idque juxta S. Thom. vel per excessum, vel per defectum. Priore modo fit præcipitatio, inconsideratione, inconstantia, & negligentia. Posteriori verò modo fit per prudentiam carnis, fraudem, anxiam sollicitudinem temporalium & futurorum.

Imprudentia est, judicare perversè de rebus, deliberare peperam, congredi ineptè, uti nescire presentibus bonis, in falsam adduci opinionem, de his quæ ad vitam sunt bona & honesta. Sectatur autem imprudentiam, inscitia, incontinentia, rusticitas, oblitio. Bene Menander:

Imprudentia nihil quicquam est audacius. Imprudentia hominibus spontaneum est infortunium. Res mihi hæc videtur imprudentia.

NATURA. EFFECTUS.

DEMOSTHENES, cum vidisset ineptum quendam demagogum, magna voce concionantem, dixit: Non magna res statim bona est, sed bona statim est magna. Stob. serm. 4.

SOCRATES, fugitivos nullo frequente trepidare dicebat, & imprudentes, licet nihil adveniret ipsis fortuna, perturbari. Ibid.

Idem, Favente fortuna imprudentes bacchantur, adverstantè infantiunt. Ibid.

Imprudentum vita, tanquam Histrionum, nulla factus, & arrogantia gerit indumenta. Ibid.

Idem, Imprudentibus, sicut infantibus, utrumque levis occasio fatis ad lectum. Ibid.



A Idem, Etant peregrini in viis, in rebus imperiti & rudes. *Ibid.*

Rheginus, Solare lumen imbecillus & impotens visus aspice nequit: ita veritatem infirma mens conspiciat non potest. *Serm. de amicitia.*

CRATES imprudens homines tenebris comparabat: quod nisi carceribus & vi coacti officium suum non faciunt. *Stob. ferm. 4.*

BION, Grammaticos ajebat errores Ulyssis inquirentes, non animadvertere suos, neque videre, quod eodem (ut ille) modo errent, dum labores multos exhauriunt. *Eod. ferm.*

HERACLITUS, Mali sunt etiam oculi & aures stultorum hominum, qui barbaros habent animos. *Ibid.*

SOCRATES, Neque mufices ignari instrumenta concinnare, neque imprudens infortunia sua sibi accommodare possunt. *Ibid.*

Idem, Languenti onus imposuisse, idem est, ac imprudenti bonam fortunam. *Ibid.*

Neque navigantes praeter loci commoditatem appellere tutum est, neque imprudens vitam agere, periculo vacat. *Ibid.*

B Idem. *Ibid.*

Proteus quidem formam, imprudens vero animum ubi vult mutat. *Ibid.*

PHILIPPUS Macedo, comparabat fratribus quibusdam, quae nihil aliud habent, quam os apertum, & magna pudenda. *Ibid.*

DEMADES tibis similes esse dicebat Athenienses, quod adempta lingua nihil residui rationis haberent. *Ibid.*

DIODES, cum in Stoa retrorsum incederet, ridentibus nonnullis, Non vos, inquit, pudet, videntem facere iter retrorsum, mihi vero deambulando tantum id facienti vitio dare? *Ibid.*

SOCRATES, Luxuriosi, cum aegrotant, & imprudens, quando sinistram experiunt fortunam, vix curari queunt. *Eod. ferm.*

ARISTON CHUS hominum vulgus Laerti comparabat, qui cum reliqua ruri diligenter curaret, seipsum negligebat: sic & illos studiosissimos quidem esse circa possessiones, animum autem feris obrutum affectibus non excolere ajebat. *Ibid.*

DIODES, se multos quidem videre colludentes, colluctantes, & discurrentes, dicebat: nullos autem qui virtuti operam darent. *Ibid.*

C Neque Achillis arma Therfiti, neque animi bona homini imprudenti conveniunt: *Socrates eod. ferm.*

Victus aegrotantis, & bona insipientis fortuna, multum continent molestiae. *Ibid.*

Tonitrua pueros imprimis & minae stultos territant. *Ibid.*

Neque vox in piscibus, neque virtus in hominibus imperitis quaerenda. *Sextus, apud Anton. & Maxim. ferm. 28.*

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Impudentia, quae alio nomine *Inverecundia*, & à Graecis dicitur *ἀναστροφία*; est (ut inquit *Arist. 3. Rhetor.*) contemptio indolentiaque earum rerum, quas verecundi reformidant.

Impudentia, gloriae contemptio est, fordidi quaestus causa indolentia. Impudens autem ille, qui quem frustraturus sit, ab eo aliquid mutatur: quippe ubi diis immortalibus sacra mactaverit, apud alium cenat, ipse carnes suas fale conditas recondit, & ministro accersito, panem & carnem largitur è mensa, ac audientibus cunctis, vescere, ait, honoratissimè.

D Impudentia contemnit Dei & omnium hominum iudicia, & sine respectu sententiae conscientiae propriae omnibus cupiditatibus laxa habenas.

Impudentia est fama neglectus, turpis lucri gratia. *Theophr. in ethici charact.* ubi luculenter impudentiam & impudentem depingit. *ἀναστροφία*, ἀγνώσια Graec. Variis nominibus impudentiam Hebraei designant: 1. *Haccarab* dicitur, id est, aperitas; *Esa. 3. 9.* à verbo *Haccar*, aper fuit, rusticè & parum civiliter se opponit alicui, urgendo eum. 2. Quoniam robusti & divites alios homines contemnunt, & superciliosè intuentur nomen adjectum *Caçon*, à verbo *Caçon*, corrobavit, pro robusto, & audace accipiunt. 3. Idem sententiæ de voce *Huzun*, robur, à verbo *Hexan*, obfirmavit, quoniam intrepido vultu fortes homines apparent.

Impudens est, qui ubique, & in omnes loquitur, & omnia utcumque venerit. *Idem mag. moral. 1. c. 27.*

APOPHTHEGMATA.

CALIGULA dicebat, se nihil magis in sua natura probare, quam *ἀναστροφία*, hoc est, inverecundiam. Pudor enim,

ut multis ad honestas actiones obstat, ita nonnunquam improbae mentis homines à turpibus revocat. Vox carnifice quam Imperator dignior. *Erasm. lib. 6. Apoph.*

Quam testis, qui se dicebat à reo vulneratur, interrogatur, an cicatrices haberet: ingentem in femore cicatricem ostendit: tum adversarius: Latius, inquit, erat opportunus. Significans, illum vulnere lethaliore dignum. *Idem.*

IMPUDENTIA LAUDABILIS.

AGESILAUS rex assistens aliquando Chalciocis arae, ac rem divinam faciens, cum momordisset eum pediculus, non erubuit: verum captum palam inspectantibus omnibus occidit, addens: Ego herclè infidiatorem vel in ipsa ara. *Plutarch. in Apoph.*

ANTISTHENES, mirante quopiam, quòd medio foro ferret salamentum: Nempe mihi ipsi, inquit. *Plut. in praecipis Pol.*

PLUTARCHUS Charonaeus vitio sibi venentibus, quòd fastidium aedificii dimerenti astatere, calcique subactè & lapidibus deportandis: Non mihi ipsi, inquit, sed patriae aedifico. *Idem.*

VITUPERABILIS.

*Ἀναστροφία* est ἀναστροφία καὶ ἀπίθεια τὰς εἰς ἀδελφῶν ψεφίδια. Differt ab impudencia, quòd haec vitium est circa voluptatem veneream: Impudentia vero affectum denotat in genere, non erubescens, ob quae decebat: vitiorum perpetuus comes, & velut ἄδρυος. *Consule Titulum, Libidinis occasiones: quatenus impudencia famulatur Impudentia.*

IN GENERE.

Homericus Achilles Agamemnonem *καίνοτα* appellat, id est canino aspectu, & apud eundem: *Καὶὸς ὄμματ' ἔχων, κηπίδι δ' ἄδαρον.* id est, Canis habens oculos, cor cervi, impudentiam significans cum timiditate conjunctam. *Erasm. in Adagiis.*

ARISTOTELIS orator Atheniensis, ob impudentiam Canis vocatus est. *Volat. lib. 13. c. 4. Anthrop.*

VATINIUS, qui bis à Caesare sibi reconciliato in iudicis publicis defensus est, impudentissimus fuit: Assiduo enim, ut *Seneca* ait, convicio depudere didicerat.

C. CAESAR CALIGULA immanissima facta augebat atrocitate verborum.

*Consule Titulum inter Apophthegmata. Comas captando.*

*Consule Titulum Parastorum, qui vel à flamma sacrificiorum cibum vapere non erubescunt.*

*Mors vana. quæritur Procille, inquit Martialis, iocatus in Procillum quempiam, qui inter pocula iustus postredie cenatum venire, venit feridisperinde quasi, que inter vina dicitur, pondus habere debere debeat. Eras. in Adagiis.*

Mofynei in Ponto in propatulo cum mulieribus concumbant, spectantibus quibuscunque. *Diod. lib. 24.*

Lex Mosaica de pudore femineo sic praecipiebat: Si orto inter aliquos certamine, alterius Uxor accesserit, sui viri ab eo, à quo pullatur, defendendi ergo, & injecta manu illius virilla prehenderit, ei manum sine alia misericordia absconditote. *Deuter. 25.*

*Bona profundendo.*

PENELOPES Procos *Odyssa* o pudebat, si ab Ulyssè mendici habitui in arcu extendendo superarent: Non pudebat autem (quod illis Penelope objicit) Ulyssis ablentis bona absumere.

*Accusando.*

Fuit C. Fimbria perditissime audax homo, & ad quodvis facinus designandum accommodatissimus, qui Crassum interemit, quique in funere C. Marii Q. Scævolam virum oratissimum, & sanctissimum, vulnere dano curavit: & ubi ferum non altè in corpus descendisse accepisset, diem illi dixit. Admirantibus cunctis, quòd pontifex maximus optimum totius civitatis civem accusaret, & crimen expectantibus, dixit, se illum accusare, quòd non totum relum corpore excepisset. *Cicero pro Roscio.*

*Non metuendo.*

QUINTILIANUS vehementer probat dictum cuiusdam oratoris,

Quando facte Inaugurationes.

Aris, qui apud Caesarem accubabat Cossitium Capionem, hominem arrogantem, etiam vultu praeseferentem confidentiam: Erubescit, inquit, Caesarem revocare. Caesare erat potentia, ut merito fuerit quovis metuendus. Ad illi reo tantum aderat arrogantia: hoc dictum Fabius adolescens audivit, ut ipse refert *lib. 6. Instit. cap. de Conclusione.*

IMPUNITAS GRAVITER PUNITA.

Cum miles quidam Cuman Praefecti, Hierosolymis populo nuda ostendisset genitalia (quarto die pasche) ea contumelia furentes Iudaei vociferabantur, non se affectos injuria, sed ipsum Deum quem honoraret e celebritas; & quidem audaciores in Cumaniam iactabant convitia, dicentes ab illo submissum petulantem illum militem. Is vero iussit totum exercitum cum armis convenire in Antoniam castellum templo imminens. Vulgaris multitudo viso adventu militum territa, cepit magno impetu fugere. & cum esset angustia viarum exitus, rati à tergo hostem insequi, comprimebant se invicem inter fugiendum, & conculcabant in angustis, ita ut perirent plurimi; viginti enim millia exstinctorum illo tumultu numerata sunt, veraque in lactum id festi lætitia. *Hæc Ioseph. 1. 20. antiq. c. 3.*

De bello tamem *Ind. lib. 2. c. 4.* numeratis in compressione necatos, dicit supra decem millia hominum esse extincta. Tantam cladem intulit unius impunitiam.

NAAS filius Hanon, impudenter dimiserat nuncios David quos miserat, praefectis eorum barbis, & vestibus usque ad nates: quo circa crudele exitum est bellum inter Israel, & Syros, ac Ammonitas, ita ut ex his unico praelio ceciderint XL millia pedum, & currus CCCC. & Ammonite coacti sint pacem inire cum Israel, seque illius mancipare servituti.

HEROGLYPHICA.

Carnis hieroglyphicè impudentia significatio est: Nam ut apud Pollucem legimus, canis oculum habere dicitur, qui nimio plus impudens est. *Pier. Val. lib. 6.*

*Symia* quoque impudentia est hieroglyphicum. Ea siquidem partibus ita, quas veredum occultari jubet, assidua lesione ceptatis, natibusque ita turpiter demudatis, improbum exhibet spectaculum. *Pier. lib. 6.*

IMPUNITAS.

Impunitas, venia peccati, indulgentia nimia, quando qui crimem corrigere aut corrumpere tenetur, id dissimulat, aut negligit. *ἀναστροφία* Graecè, Hebraicè *Chen*, quasi gratia, & accipitur ea vox nonnunquam in bonam partem.

De scelere impunitate, diximus multa. *Consule loco de Imperio & Imperatore, Titulo Imperiorum excidia, cause, Impunitas criminum, quae huc transferri opportune poterunt.*

*Quære etiam in loco de Correctione, Tit. Injusta correctio. Item Locum de Injustitia, Tit. Injustitia studium respectu verum, eas tuendo, &c. Item Indulgentia parantum erga liberos.*

APOPHTHEGMATA.

M. CATO dicebat, Injuriam, etiam si facienti nihil adferat periculi, univertis tamen periculosa esse. Sentiens, impunitate injuriae exemplum omnibus minari injuriam. Etenim si liceat impunè lædere, nullus erit tutus ab improborum violentia. *Plut. in Rom. apoph.*

Idem, exhortans magistratus ad sumendas penas de his, qui delinquerent, dicebat: eos, qui maleficos prohibere possent, & tamen impunitate donarent, lapidibus obruendos esse. Sentiens, eos Reipubl. perniciosissimos esse, qui permitterent impunè contra iustitiam, equitatem, & urbis leges agere. *Plut.* Idem addebat, se male pro collato beneficio nullam reportare gratiam, quam pro maleficio perpetrato non dare penam. Significans, nihil esse periculosius impunitate, quae semper ad deteriora invitat. *Ibid.*

IMPUNITAS PECCATI, POENA MAXIMA.

Considerandum nobis cum tremore est, ait *S. Greg. in c. 3. Ezechiel.* quòd iustus & omnipotens Deus cum irascitur praecedentibus peccatis, permittat, ut mens caecata in alia dilabatur. Sic permittit XL. annis Chanaanos labi in gravia scelera, donec impleatur ab eis mensura peccatorum, à Deo vindictae coram praestuta; qua impleta, furoregit eorum in locum Hebraeos; ita promittitur, *Genes. 15. vers. 16. & 17.*

Quando facte Inaugurationes.

*Pere ex loco de Tempore Tit. tempus chronologicè consideratum. INAUGURATIO Magistratum. Vide Locum de Politia. Tit. Accidentia Politia.*

*Inaugurales Epulae. Pere ex loco de Donatione. Tit. Donatio honorifica.*

*Inauguralia spectacula. Ibid. Epulae, & Ludi. Inaugurationes ceremoniae. Late describuntur in loco de Magistratu. Tit. Magistratus Profanus acquisitio, ubi in deductione, Quae ceremonia, &c.*

INCANTATIO.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Incantatio, Graecè ἐπιμαχία, & ἐπιμαχία, & incantator dicitur. Est autem incantatio superstitiosa & illicita, si continet aliquid ad demones pertinens, vel nomina ignota, vel aliqua falsa vel vana, secundum *B. Thom. 2. 2. q. 96. art. 2.*

Incantatio Hebr. *Cobaschap*, à verbo *Chiscep*, falcinavit, sensus perstrinxit.

Incantare proprie est, verbis solis, vel etiam rebus quibusdam adjunctis, aliquid supra naturam moliri, unde incantatio & incantamentum. *Plinius.* Quæstionis semper fuit, valeantne aliquid verba & incantamenta carminum. Carmen etiam nonnunquam incantationem significat. *Virg.*

*Carmina vel celo possunt deducere lunam.*

INCANTATORUM DISCRIMINA.

Incantatores dicuntur, qui attem verbis peragunt. Arioli, qui circa idolorum nefarias preces remittunt, & funesta sacrificia artis offerunt. Haruspices dicuntur & horum inspectores; dies enim & horas in agendis negotiis & operibus custodiunt: & quid per singula tempora observare debeat homo, intendunt: hi etiam exta peccudum inspicunt, & ex eis futura praedicunt. Augures sunt, qui volatus avium & voces attendunt: dicitur autem augurium quasi avigerium, quod aves gerunt.

Pythoniæ à Pythonio, id est, Apolline dicitur: quæ dicitur, se habere spiritum, per quem possunt futura praedicere. Genefiani, quæ Genefes, id est, nativitates hominum per duodecim signa caeli describunt, ac per hoc mortes, actus, eventus praedicere conantur. Salitores, qui dum eis membrorum partes quæcumque salierint, aliquid exinde prosperum sibi, sive tibi significari praesumunt. Sortilegi vero communi nomine à sorte dicuntur. *August. lib. de natura demonum, & hab. 26. q. 4. Igitur.*

eorum ars vana, et noxia.

Scribens de universo incantationum genere *S. Augustin.* dicit, superstitiosum esse quicquid ab hominibus institutum est ad Idola colenda & facienda pertinens, vel ad colendam, sicut Deum, creaturam, partemve ullam creaturæ, vel ad constitutiones, & pacta quaedam significationum cum Demonibus placita atque fœderata: qualia sunt volumina magicarum artium, quæ quidem commemorare potius quam docere solent.

poetæ: ex quo genere sunt (sed quasi licentiori vanitate) aruspicum & angurum libri. Ad hoc etiam genus pertinent omnes ligaturæ atque remedia, quæ medicorum quoque disciplina condemnat, sive in praecantationibus, sive in quibusdam notis, quas characteres vocant, sive in quibuscunque rebus suspensendis atque ligandis, vel etiam saltandis quodam modo, non ad temperationem corporum, sed ad qualdam significationes aut occultas aut manifestas, quæ eminentiori nomine physicam vocant: ut quasi non superstitionem implicare, sed naturæ prodesse videantur, sicut sunt inanes in somno singularum aurium: aut de struthionum ossibus anslas in digitis: aut cum dicitur tibi singultienti, ut dextra manu pollicem sinistrum teneas.

Omnes igitur artes hujusmodi vel nugatoriae, vel noxiae superstitiosae ex quadam pestifera societate hominum & demonum, quasi pacta infidelis & dolosae amicitiae constituta, penitus sunt repudiandæ & fugiendæ. *Christiano. Aug. lib. 1. de doct. Urina Christiana, & habetur 20. q. 2. 11. Ind.*



Circa productionem rerum naturalium.

Cum Moyses coram Pharaone admiranda illa signa in Aegypto ederet, vocavit ille sapientes & maleficos suos, qui incantationibus suis magicis produxerunt etiam serpentem, & aquam in sanguinem commutarunt, tanquam eduxerunt super terram. Exod. 7. & 8. Incantatio frugum, Medea apud Ovid. Carmine lesa Ceres sterilem vanescit in herbam: Desiccant laesi carmine fontis aque. Nilius glandes, canit aque vitibus uvae Decidit, & nullo poma movente cadunt. Si quidem malo carmine Dæmonem accesserit, qui fruges mox perdit, & anni laborem irritum reddit.

ELEMENTORUM ET STELLARUM.

Carmine vel celo possunt deducere lunam, inquit Virgilius in Bucolicis, & Marlius lib. 2. Astronomia, dicit magos per incantationes, In noctemque dies, in lucem vertere noctes. Narrat Alexander Guagn. in descriptione Tartariae, esse in ea Regione populum, qui solet per incantationes inducere tempestates & caliginem, eoque medio hostes suos profligare. Zoroastes ex stellis scintillas educebat, ut refert Clemens in Itinerario S. Petri. Et Tibullus lib. 1. Elegia 2. de saga quadam testatur: Hanc ego de calo ducentem sidera vidi, Fluminis haec rapidi carmine vertit iter. Flumis carnis rapidi, maneque sepulchris Elicit, & rapido devotat ossa rogo, &c. Idem multa habet ejusdem argumentum hic, tum Eleg. 8. Etiam Petronius Arbiter pleraque scripsit in eum sensum. Legatur Lucanus de Erisichto lib. 6. Et Seneca in Medea.

SERPENTUM.

De his Silius Italicus: Serpentes dirò ex armare veneno Dolus Atyr, trahitque graves sopire Chelydros. Vide etiam Senecam in Medea. Certè David Psalmo 57. meminit hujus Incantationis, dum dicit: Sicut aspides surdæ & obdurant aures suas, quæ non exaudiri vocem incantantium, &c. Et apud Jeremiam dicitur, Mittam vobis Regulos, quibus non est incantatio; quasi infinet, cæteros incantari posse, cap. 8. vers. 17.

ALIORUM ANIMALIUM.

Quamvis frequentior sit serpentum incantatio, Deo ita permittente, quòd per serpentem Dæmon hominem deceperit, tamen alias etiam feras nonnunquam incantari constat. Tempore Hadriani VI. Pont. Magum verbis compressisse vires Tauri ferocissimi, supra memorat Delrio q. 13. Solere in Circensibus per incantationem equis velocitatem, vel tarditatem motumve adferre, Arnobius lib. 1. & Hieronymus in vita S. Hilarii affirmant. Et Silius Italicus: Harcelo non pavidos fasces mulcere leonæ.

MORBORUM.

Ferunt, Ulyssæm fortissimum Græcorum in femore graviter vulneratum, sanguinis profusum carmine stetit. Homer. Sunt qui hodie dolorem dentium, lippitudinem oculorum, vulnera, aliaque ægritudines, obmurmuratione certorum verborum tollant, aut sanent. Quamvis non omnia verba ita adhibita, pro incantationis sint habenda, qualia erunt, si fuerint extranea, ignota, addantur characteres aut signa, quæ de se non sunt nata producere effectum intendunt. Aliud fuerit, si sacra sint, ut per ea imploretur Dei auxilium; quamvis & in illis ob varias Satanae technas, circumspicere sit agendum.

INCANTATIONIS IMBECILLITAS.

Cum percutiente terram Moysè, Cyniphes sive culices tam in hominibus, quam juvenis producerentur, conati sunt Malefici Pharaonis eos etiam per incantationes suas producere: & quamvis majora ante præstitissent, producendo ranas, serpentes & sanguinem; hic tamen eorum virtus defecit, Deo impediente, ne id efficerent, ut constat ex eorum responso, Dignis Dei est hic, ut illis potentia & Dæmonum imbecillitas claritas demorstraretur, sequè à Moysè prostratos, adeoque Moysen veri Dei Prophetam constaret. Exod. cap. 8.

Vide Locum de Maleficio, Magia, Divinatione.

Insigni insuper argumento, ea imbecillitas Incantatorum designata fuit, dum Serpens Moysis, in quem erat conversa illius virga, devoravit serpentes quos magi produxerant, opprimendo ea ratione falsa Ægyptiorum miracula, veri miraculi productione. Exod. 17.

De Adriano Imper. Dio testatur, quòd cum incantationum superstitiosis artibus aquam intercutem eduxisset, statim tamen eadem rursus fuerit repleta.

Plutarchus Periclem virum fortissimum arguit, quòd muliebres quædam incantationes gutturi suo æger applicuisset, eamque fluctantem in se admisisset.

Refert Plinius lib. 50. Neronem artem magicam, omnesque incantationes, quibus fuerat initiatus, & dediditissimus, tandem velut vanissimas & inefficaces respuisse, falsasque comperisse.

Est celebre exemplum Magi Saltzburghensis, qui cum omnes ad unum milliare serpentes cogeret in quandam foveam, tandem ab uno annofo & reliquis majore in eum exsiliante necatus est. Mart. Delrio lib. 2. q. 14. disquisit. Magicarum.

Incendiarii.

\* DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Incendiarii dicuntur, qui animo hostili aut insolenti ignem injiciunt rebus, navibus, segetibus. Ab incendio, quod id est ac in flammam transiit, venitque à principio cando, quod est cendere facio. Unde incendiarius est Ægyptiorum πῦρ, vel πυρραγός. Est autem scelus incendiariorum grave, sic ut annexam ha beat excommunicationem majorem secundum Soares & alios, quando circa Ecclesiam & loca sacra committitur, cap. conquesti 22. de sentent. Excomm.

QUI, ET QUID INCENDERINT.

EROSTRATUS Diane Ephesiae templum igne immisso cremavit, ut æterni sceleris memoria nomen suum æternitati consecraret.

M. Tullius in Philippica XIII. docet, proverbio fuisse jactatum in C. Plancum, cum perire non posse, nisi crura ei fracta fuissent. Is incendit curiam, ob quod facinus quam esset ejectus in exilium, tamen post armatus ausus est redire in urbem. Adagium autem ductum est ab his qui ob scelera subiguntur in crucem, tantaque est malitia vivacitas, ut nec illic mori possint, nisi fractis cruribus mors acceleretur. Jocat autem Cicero, Planco fuisse fracta crura, quum legibus esset adempta potestas redeundi in civitatem. Et tamen vixit ac rediit.

Ruffus & Munatius Plancus incendiarii. Vide Tit. Seditionum panna.

HERACLIDES Tarentinus Architectus Rhodiorum timentes & navalia injecto igne incendit.

Vide Tit. Classem disjicere, Naves inutiles reddere.

Nero cum per cuncta effretus scelerata evagatus, quòd demum intentatum relinqueret, quod ad furorem & savitiam pertineret, patriam incendit: absumpsitque magnam illius partem nefarius ignis, sex continuos dies, ac totidem noctes per urbis ædificia sacra & profana evagatus. Ad levandum igitur sceleris atrocitatem, omnem cladis illius invidiam in vere pietatis cultores, viros innocentissimos, reject, subornatis qui Christianos ejus incendii auctores falsò criminarentur: eamque levitatis materiam adeptus, plurimos pientissimi illius ordinis avertens affecit supplicio. Sab. lib. 2. Em. 7.

Bello Flandrico, anno MCCCXXCII. Curraucm receperunt Franci incendierunt per iram, cum in aede sacra viderent affixa auro calcari Francorum procerum, prelio Curraucensi ab Anglis castrorum, octoginta ante annis, cum Robertus Atrebas occidit. Amilii lib. 9.

Rufficus tormenta Veneta ad Veronam incendit.

Vide Tit. Machinas hostium vel destrueret, vel inutiles reddere. Loco de Hostibus.

Anno Christi 1542. Francico Gall. Rege adversus Carolum V. Caesarem dimicante, ejusque ditiones passim invadente, Longevalis Princeps, adjuncto Martino Rollemo, rei bellice peritissimus, coactis aliquor pedum equitumque millibus, Belgium ex improviso invavit, & passim omnia incendit & caede devolvit, sic ut hodie adhuc extenu vastationis istius vestigia, ac plura cænobis propè Antverpiam & alibi, in urbes sint translata, relictis tantummodo rudibus.

A tibis foris prioris edificii, ne ultra similibus exponantur calamitatibus. Est adhuc probrosum apud Belgas ob hæc incendia Martini Roffemii nomen, & à pueris decantatur. Eo autem tempore, duo Martini Ecclesiam turbabant: hic quidem rapina & incendiis eam vexando, & Martinus Luther erroribus eam involvendo. Ex Chronico Suvii anno 1542.

Superiore anno 1651, quidam ex Ernesto Comite Mansfeldia, qui summam Belgicarum rerum cum laude aliquando tenuit, filius naturalis, Frederici Comitis Palatini adversus Ferdinandum Caesarem, causam iniquissimam, de Regno Boemiae, quod is occupaverat, retinendo, suscepit, & numero exercitu collecto, fines Boemiae, Silesiae, atque is pulsus, Holsatiam & Franconiae Provinciam incendiis & rapinis devastavit. Et quamvis ipsius copiae vario conflictu in acie protine essent, tandem tamen superstitibus in Belgium adduxit, ut ordinibus Fæderatis adversus suum Regem rebellibus auxiliium præstaret, universa loca per quæ transiit, rapinis, & incendiis deturpando.

Henricus quoque Nassaviae Comes, Mauricii Orangiae Principis frater, ut etiam dignum aliquid haeret. Principe facinus auderet, anno 1622. ineunte Veris, aliquot equitum turmas inopinatio in Brabantiam adduxit, pagosque nonnullos & templa incendit. Eoque factò Henrici incendiarii nomen titulumque demeruit apud Brabantes.

\* INCENDIARIORUM POENA.

In Saxoniae oppido Vittenburgo, excitati publici incendii crimen impactum fuit cuidam: ille & iurejurando, & judicio se innocenter probavit. Cum enim longè itinere ferrum candens manu retulisset, illudque illæsum in terram dejecisset, ecce tibi ferrum ex omnium oculis fuit. Sed eo ferme anno exacto, cum quidam alius, qui incendii conficius erat, silicibus viam publicam in oppido paviret, ferrum in arena abditum prodit, manamque valde ambati, mirantur omnes, & vomerem illum recognoscunt, & reum ad judicem abripiunt, qui quaestione ad mota verum exculpit, & cruribus fractis noxium rotæ imposuit. Delr. disq. mag. lib. 4. c. 4. q. 4. sect. 3. ex lib. 8. Pfland. al. Crantz. cap. 30.

Cesaris lib. 10. Mirac. c. 36. narrat de quodam pessimo hypocrita, qui peregrinationis pallio scelera contegebat. Is ab alio quodam nefario homine nummis conductus, hospitis, à quo benignè habitus, aedes incendio absumperat. Bis exceptus, bis pro grata incendium immisit. Territus dominus, multos detulit, de quibus suspicabatur: qui omnes expertes culpæ, candentem ferro illæsi se expugnatur. Domino tertium ædificata, ferrum in quandam domus angulum abjectum jacebat. Venit post aliquod tempus pseudo vitor ille, tertio hunc manum excipitur, videt ferrum, rogat cui usui: audit ab hospite quid illo actum? Quin, inquit, ille deinceps ad alios usus uteris, ne jaceat otiosum? Simul manu comprehendit, sed illud repente incanduit, & manum valde adustit, ille cum ejulatu abijt. Hospes admiratione percussus, merito suspicatur hunc bis exultatum eam rem. Ergo comprehensum sistit judici, iudex eculeo, falsus omnia incendiarius in rotam agitur: tam admiranda sunt Dei judicia.

\* Inclementia.

Ex loco Clementia, Crudelitas, Severitas. Tyrannidis illufretur.

EIUS MALITIA.

Quæmadmodum clementia & animi lenitas maxime grata est: ita è diverso severitas nimia, ingrata & detestabilis. Illa enim est, quæ sapè auctorem suum in discrimen conijcit: sicut Carolo Sicilia regi accidit. Is enim, postquam ab illo regnum decesserat, Gallis in pervulgato illo vespere, quem Siculum vocant, contrucidatis, Messaniam cum exercitu venit, eamque atre obbessem sic prestit, ut Messanenses, cum Caroli Regis viribus & copiis obsistere non possent, desperantes defensionem, legatos de impetranda venia ad eum miserint, & honestis quibusdam ac levibus conditionibus suppliciter postulatis dedicationem obtulerint. Sed Rex illos in extremam necessitatem redactos videns, suaque manus effugere non posse, preces eorum respuit, & itacundum, ac stomachi plenum responsum dedit, & Messanensis civitas stomachofæ responsioni indignata, in eam desperationem venit, ut statuerit, ante flammam ardere, & funditus everi, quam se tam inhumano & immani L. B. T. beat. Vite Helman. Tom. IV.

Regi subdere. Egressi igitur cives, seiplos cohortantes, cum E exercitu Regis prælium ineunt, legiones dissipant, hostesque fuso & devicto, obsidionem solvunt. Ex quo factum, ut universum Sicilia regnum, in libertatem vindicatum, temeritate sua Rex Carolus amittens, in Petri Aragoniae Regis potestatem venerit, sub qua ad hoc usque tempus pluraquam trecentis annis permansit. Ribad. lib. 2. de Princip. c. 19.

Huic affine est illud Ludovici Maleani, Comitis Holsatiae, exemplum maxime memorabile, de quo hæc apud historicos legitur: Cum Gandavensem urbem, quæ ab eo deservierat, non longè ab ea castris positus, Comes obsideret, in magnam populum Gandavensem rerum necessarium penuriam conjecerat. Itaque spe auxilii destituti, missi oratoribus supplices rogarent, vitam ut civibus donaret, cætera voluntati suæ referrent. Ludovicus ad hæc superbe respondit, nullam se aliam conditionem admittere, quam ut in omnibus principis sui potestati se submitterent, & mixta viris mulieres, pedibus nudis, abjectis exterioribus vestimentis, sine collo inserto, extra urbem ad ejus pedes veniam postulari se abjicerent; id cum egissent, deliberatum se, quid factò opus esset. Quo responso tam acerbo commota civitas, decrevit in acie potius fortiter mori, quam per summam contumeliam tam superbo & crudeli principi se dedere. Eruptione igitur facta, cum quinque millium hominum numerum non excederet, magnaue tormentorum vim in curribus, & simul paucorum dierum cibaria secum deferrent; Christiana prius confessione instrati, Deo ejusque justitiæ, ac orationibus & lacrymis afflictissima civitatis confisi, adversus Comitem & Dominum suum agmen direrunt: qui munitis jam castris, cum circiter triginta hominum millibus in eos impetum fecit: ipsi verò omnibus tormentis uno tempore in Comitis exercitum explosis, castris simul egressi, sublato ingenti clamore, tanto animorum ardore in eum irruerunt, ut temporis momento non abque sanguine omnes ejus copias fuderint, ac profugiarint: fugientes autem insecuti, superveniente nocte, cum eis Brugensem urbem ingressi sunt. Nec absuit multum, quin ipse Comes caperetur: sed nocte & vili paupercule mulieris casa tectus miraculo velut quodam elapsus est. Amisit in clade præter Brugensem urbem alias plures sui principatus civitates.

Inconsideratio.

\* DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Inconsideratio est inadvertentia, sive imprudentia in malis non declinandis, vel judicio profrendo, abique debita circumspeditione. Accidit autem ordinariè in motibus animi interius, rariùs in externis operationibus, quia illæ statim ingerunt periculum suum, & excitant mentem ad considerationem.

Est autem alia perfecta, alia imperfecta, prout plus vel minus animus distrahitur. Nunquam verò est peccatum mortiferum, nisi ratione periculi alicujus mortiferi peccati, cui se homo exponit, præcipitanter, vel in consideratè judicando vel agendo. Constat enim pravitas inconsiderationis in omissione circumspeditionis necessariæ, cujus defectu actio subsecuta deviat à rectitudine quam habere debuisset.

INCONSIDERATIONIS EXEMPLA.

MORTEM, PERICULA NON DECLINARE.

Oraculo cognoverant Græci ad Trojam profecturi, primo, qui in litus egressus esset Trojanam, mortem operendam esse. Posteaquam appulerunt, cunctantibus cæcis, Proteus Iphicli F. Theflaus audacter profilit, & ab Anea, vel Hectorè interfectus est. Achilles licet, omnium fortissimi talis periculo se exponere noluit, cum sciret, quantum damni ex sua necè tota Græcia percipitura esset. Enstath. Iliad. B. Homerus ait:

τί δ' ἔστ' ἄρα δάδαθ' ἀπὸ Νῆεσ' ἀνδραγαθῶτα πολὺ ἀποτίει δ' ἄρα.

CALLICRATIDAS Spartanoium rex, vate monitus, ut mortem declinaret, quam denunciarent exta: Non in unius animi repositam Spartam, temerè respondit. Plot. in Peopida.

Cæte, qui ad subeunda in bello pericula promptissimi semper habitus sunt, adeò ducunt ignominiosum fugere, ut & corruentibus & incidentibus ædibus sapè non fugiant, sed ne Ff 4 arden-



A ardentibus quidem, sed incendio ignique circumventantur. Multi etiam fluctuant mare sustinent. Quidam enim in fluctus se impiciunt, & eorum impetus excipiunt, protensis gladiis evaginatis, & haultis vibratis, perinde acque si vellet, vel vulnerare possent. *Elia. lib. 21. de Var. hist. & Arist. in Ethicis.*

Cicero in 2. lib. de Fin. docet, extare nonnullos, etiam idiotas homines, qui penitus metu mortis liberi sint, ipsaque omnino contemnant, & illud in ore habeant ex Hymni de Menandri (quam Latinam fecit Cæcilius) Mili ex mentis satis lunt vita: septimum Ordo spondeo. *Vidor. lib. 1. Var. lib. 1. c. 11.*

VIM APERTAM NON DECLINARE.

CYRUS, contra fratrem Artaxerxem Persarum regem dimicatum, cum ante prælium moneret Clearchus Spartanorum dux, ut pone Macedonum ordines se teneret, neque conjiceret in alium semetipsum, serunt respondisse: Quid ais Clearche? tunc jubet mihi, qui regnum affecto, regno me ut ostendam indignum? Prælio ad Cunaxa commisso, cum innumerabiles Barbarorum copias Græci, quorum xiiii. Cyrus habebat profugissent: vehabatur Cyrus generoso equo, sed effraeni & feroci, Pasfa nomine, ut est auctor Ctesias. In eum præfatus Cadusiorum Artaxerxes invehit est. At jaculo Cyrus ingesto, fixit eum, collumque secundum claviculam cuspidem traiecit. Inde equum in regem permisit, & hinc illum, silentio uterque. Regem intorto per loriam jaculo, in pectore vulnerare duos digitos alto læsit, ut vix cum paucis in vicinum tumulum effugeret. Victoriæ iam sibi pollicens, dum incautus per medios hostes volitat, a Mithridate Persa in tempore vulneratur jaculo, & ex equo elapsus, enucleus eum sustinentibus, a Care quodam jaculo a tergo in poplite vulneratus, animam exhalavit, & victoriæ iam certam, Græcis undique victoribus, Regi concessit. *Plin. in Artaxerxe.*

CONSTANTINUS Magnus in Veronensium campis ducem Ruricum, Maxenti partibus addictum, magno prælio vix tandem superavit. Parta victoria, Constantinum sui corripuerunt lacrymans, amplexique rotam sanguine hostili perfulam, graviter, quod se tanto periculo commisisset, & parum sibi confuleret, objurgavit: quo pereunte, satis constaret totam esse temp. peritiam. *Signon. lib. 2. Imp. occid.*

CAROLUS Andegavensis ad Beneventum contra Manfredum pugnavit. Laboranti sitorum turæ intentus succurrens, ex equo consternatus, hostium animos auxit. Manfredus spe victoriæ elatus, dum extra ordinem incautus pugnat, interficitur, & apparente subito Catolo, fortuna belli statim mutatur. Carolus tanta victoria potitus, Beneventum movens, urbem dedentibus ultro civibus ingreditur. *Platina in Clem. IV.*

JOANNES Boemix rex Philippo VI. Gallorum regi auxilium contra Anglos ferebat Cæciliacum, quantumvis cæcus, atque adeo in primo ordine constitui voluit. At telis undique circumvolantibus, ac plerique eminus cadentibus, admonitus rex, ut retrocederet, respondit, Tergane hosti Boemix rex verat? Aut ego hodie victor evadam, aut letho insigni regiæ eadam. *Dubravins lib. 21.*

ALFONSUS ALBUQUERCUS Indiæ prætor Adenam urbem muniviss, in sinu Arabico oppugnabat. Gasias Soufa cum suis turrim quandam occuparat, sed ab hostibus circumventus valde premebatur. Albuquerqueis funcis iis, qui in turri decerant, præberi iussit, ut per illos se turri demitterent. At cum Soufa indignum rebus a se gestis esse diceret, per fines ex eo loco, in quem virtute condescenderat, demittit hostes verò laudibus eos & missilibus urgetur: Soufa sagitta secundum frontem vulneratus occubuit: reliqui per fines demissi, periculum effugerunt. *Oforins lib. 9. rerum Em.*

Certamine illo, quo Florentinus populus apud Campaldinum Aretinorum copias fudit, cum Gulielmo Aretino Episcopo nonnulli suaderent, ut saluti suæ consuleret, quod tunc Aretinos spes nulla superesse petiit. An recipi ex prælio Aretini possent? Cum negaret fieri posse, ut amplius de ex acie reciperent, dixit, Se cum eis mori malle, quam sine eis incolumem vitam servare. Inaque in prælium reversus, in medios hostes irruit, & fortiter pugnavit. *Fulg. lib. 3. c. 2.*

INSIDIAS.

M. MARCELLUS quatum consul cum Q. Crispino, in insidiis temere à semet præcipitatus, magnus dux, manaque promptus, & consilio optimus, occisus est anno undecimo Pu-

nici belli secundi: qui undequadragesies collatis signis dimicaverat. *Livius, & Plinius lib. 7.*

Temerè Africanus superior ex Hispania duabus quinqueque Syphacem traxit, in unius Numidæ insidiis præcedis suam pariter & patriæ salutem depositurus. Itaque exiguo momento maxime Reipub. casus fluctuatus est, utrum intersectus, an captivus Scipio Syphacis fieret. *Valer. Max. lib. 9. cap. 8.*

MALCOLMUS Scotorum rex, Anglum quandam castelli Alu-vick claves hasta prætextu deditis offerentem, securè admittens, oculo sinistro ab eodem transfixus, continuo captivus. *Boethius lib. 12.*

MALCOLMUS III. Scotorum rex, cum conjurationem quorundam contra se factam deprehendisset, ea dissimulata, auctorem conjurationis in venatione in altam sylvam duxit, atque sic locutus est: Sumus hicambo armis & viribus propè pares, & neuter nostrum a suis auxiliis expectat. Age igitur, ut fortem virum decet, cape arma, atque cum eo nunc manum confere, quem tu per insidias necare statueras. Hæc facis, stricto ferro hominem aggreditur. Ille ad pedes subito proccidit, rogatus, ne sibi id socii, vestræ fraudi esset. Quod ipsum rex concessit. *Polydorus lib. 10.*

Mortuo D. Eduardo Anglorum rege, est inclinatis ferè omnium in Eduardum nepotem essent animi, Heraldum tamen Godovini filii Canuti II. Danorum & Anglorum regis filium huic prætulere, ob metum belli Danici. Haraldus accepto regno, Edgarum, & matrem, forefereque ejus, liberè Londini vivere permisit, raroque exemplo à vero regi hæredem manus cohibuit. *H. Boethius lib. 12.*

MATHIAS Hungarorum rex, clam vitæ Uladislai Boemix regis insidiari dicebatur, regi causa. Et tamen Uladislaus usque adeo remous ab omni mala suspitione fuit, ut se fidei ipsius committeret, veniretque Iglaviam, quam tunc Mathias possidebat, sine ulla publica fide; ibique reliquis controversias, de quibus prius Olomucii decidi non potuit, componeret. *Du. bravins lib. 21.*

LUDOVICUS Gallorum rex XI. alioqui astutissimus, vitam suam bis temere proiecisset vitis est. Semel quidem cum regi proceres eum in Parisiorum urbe obfiderent, est notat, hostes nihil aliud magis quam ipsum querere, ut ex ipsorum arbitrio regno atque ipsi administratores darentur, ad eos in sylvam Vicennarum Parisiis propinquam se contulit, & cum illis transiegit. Iterum verò, quando consiliatorum hortatu, qui mox cum hostibus sentire fuit deprehensi, ad Carolam Burgundiam ducem, quocum graves inimicitias gererat, ultro Petonam venit: deinde dum nimium inconstans progreditur, Leodium in ejus castra proficili, ac primus ad incendendam amicam urbem, cui operem ferre cupiebat, manum in iicere coactus est. Nondum procreatis liberis, ejus fidei se credidit, qui ad regnum aspirabat. *Fulg. lib. 9. cap. 8.*

Cum Burgundia Dux Carolus, & Gallia Rex Ludovicus XI. convenissent, de pace in eunda acturi, inter deambulandum sic erant ambo intenti sermone, ut quod descekerent, non ammadvererent. Nam ingressi viam quæ Lutetiam ducit, veniunt in Castellum illud ab adversariis extructum, & non nostrarum munitionum, quo quidem ex loco tutus erat in urbem receptus. Erant apud Carolum perpauci quidam illius familiaritates, qui perculsi novitate rei, obfuspicerunt omnes: ipse utcumque poterat, dissimulat. Is nunciis in castra perlatus, magnam excitavit trepidationem. Collecti subito Duces, ac militum præfeci, vehementer incitant hæc Caroli audaciam, & eorum, qui cum ipso essent, incogitantiam valde vituperant, facta mentione ejus temporis, quo ipsius avus Joannes Burgundia dux, quando in colloquationem venit cum Ludovici patre, miserabiliter trucidatus fuit. Revocatis igitur omnibus copiis intra munitiones, Burgundia Marechalhus, etiam si juvenis hic, & solidus, inquit: Princeps in præcipitum aliquod discessit; nobis tamen providendum est, ne Philippi Principis, à quo sumus emissi, fortunas in discrimen adducamus. Optimum mihi videtur, ut instrueti quemlibet eventum expectemus. Conjunctis viribus omnem impetum sustinebitis, & vel in Hannoniæ, vel Picardiam, vel Burgundiam viarorum, atque sercto penetrabitis. Post hæc Sancto-Pauli Comes, equo circumvectus respicit, num quos videat via Parisiensis: Tandem ecce conspicitur ad quinquaginta equites, qui missi à rege Carolum reducebant incolentem. Is cum appropinquaret castris, dimisso comitatu Gallorum, sermonem ad Marechalhum, quem ob excellentem virtutem reverebatur, contrivit: qui graviter eum objurgans; Finis, inquit, patens me tibi attribuit, alioqui non sum tibi devinctus. Illo verò leniter

Noli

A Noli me, ait, increpare, culpam agnosco: sed, non prius deprehendi, quam essent castello propinquus. Atqui me, inquit ille, absente & infirmo fecisti. Carolus demisso capite, & voce cõmpressa, ubi in castra venit, magnam inultu lætitiæ, Regis fidem prædicabant omnes, veritatem ab eo tempore nunquam in ejus potestatem ille rediit. *Philippus Cominus lib. 2. Comment.*

JULIUS II. Pontifex, cum Jo. Paulum Ballionum tyrannum Perusianum ad officium redire, & male occupata restitueret cogeret, & hic se penitus voluntati Pontificis commisisset: Perusium inermis venit, & se cum tota aula postellati atque fidei tyranni temere commisit. *Guicciard. lib. 7.*

Inconstantia.

\* DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Inconstantia, Græcè *δραία*, & *δραον*. Inconstans dicitur. Est autem Inconstantia speciale peccatum prudentix oppositum, deficiens à perficiendo bonum propositum, cujus principium est in appetitu, finis autem in intellectu. *Ex B. Thom. secunda. Secunda. q. 55. art. 2.*

Inconstantia circa abiectionem à delectabilibus, est filia luxuriæ, licet etiam, que est in terribilibus, oriatur ex luxuria. *Idem ibid. art. 5.*

Inconstantia est filia luxuriæ, que est, quando quis non stat constans in bono proposito, sed sine causa rationabili ex aliqua passione, præcipue ex amore concupiscentiæ, facit contrarium illius, quod delibaverat. *B. Thom. secunda secunda. q. 55.*

Si verò idcirco quis mutet facti propositum, quod tædium durationis eum fatiget, mollis dicitur.

Inconstantia, seu levitas est animi corruptus affectus, quo fit, ut homo non perseveret in recto proposito, aut officiis rectè susceptis, sed nulla pietatis, & virtutis ratione habita, subinde mutans sententiam, consilia & actiones ad aliorum voluntatem, à quibus commoda, vel incommoda sibi proposita esse judicat. *Heb. Pachazub. Jer. 23. 38.* à verbo *Pachaz*, levis animo fuit, inconstans fuit ex temeritate, & levitate agendi. Cognationem habet cum *Chapaz*, festinavit, præcepit tui.

Est peccatum mortale, si tenebaris ex voto, aut præcepto, sique materia gravis. Vide *Leffium lib. 3. de Jure & Jus. cap. 2. dub. 6. num. 4.*

\* INCONSTANTIE INCOMMODA.

Maximum indicium male mentis est fluctuatio, & inter simulationem virtutum, & amorem vitiorum assidua jactatio. *Seneca in prooerbo.*

Diversitas est vitium & signum vacillantis animi, ac nondum habentis vigorem firmi. Nemo proponit sibi, quod velit; nec si propositum, perseverat in eo, sed transit; nec tantum mutat, sed redit, & in ea, que deservit, ac damnavit, revolvitur. Quid est sapientia, semper idem velle atque idem nolle, non potest idem semper placere, nisi recedunt. Variatur quotidie iudicium, & in contrarium vertitur, ac plerisque agit vitæ per vitium. *Idem in epist.*

Mutare loca, & in alium de alio transire nolo. Frequens migratio, instabilis est animi. Ut animam possis continere, primam corporis fugam fides, deinde plurimum remedia continua proficiunt: sine desistere oculos tuos, sine aures assuetudine resisti verbis: quoties processeris aliquid, que remanent, cupiditates occurrunt. *Idem ibid.*

INCONSTANTIA, RATIONE HABITA RERUM, IN QUIBUS INCONSTANTES SUNT

MATERIALITER. INCONSTANTIA

In Vitæ genere, Studio, Professione.

MATTHEUS de teloneo ad Apostolorum vocatus est. Zachæus publicanorum princeps, & ipse dives, Salvatorem mundi hospitio suscipere meruit. Uterque igitur cum vias reliquissent, lucrati sunt regna cælorum. Talem questum facere solent, qui conversi, spem suam de terrenis divitiis in Deum transferant, celestium divitarum æternæ beatitudinis largiorem. *Marculus lib. 2. c. 12.*

S. BARTHOLOMÆUS non publicanus, sed regio stemmate fulgens, cum dia alicam expertus esset vitam impiissimam, divinarum denum cupiditate captus, Christi Apostolus esse voluit. *Idem.*

L. LUCULUS de Mithridate acto triumpho, deseruit abdi-

cavitque Rempub. cum Senatus eum adversus Pompei dominationem propugnaculum se habiturum perasser. Quidam hanc illius commutationem tantam commendat, quod in vitium, & ærumnam non incidit Marius, qui à victoriis Cimbricis, & cæcis illis, & eximius rebus gestis, non contentus summis honoribus, quibus haberi poterat beatus; sed insatiabilis gloriæ, & imperii fame, cum juvenibus in Reipub. gubernanda certans senex, in horrenda facinora impegit, atque in clades facinoribus suis horrendiores. At Crassus, & Pompejus improperabant Lucullo, quod in volubrates, & luxum se demersisset; quasi verò non magis essent delicia à tanta ætate alienæ, quam Reipub. cura, & administratio belli. Abjecta autem Reipub. cura, de principatu, & summa potentia ambitionem, contentionemque, que nec periculo erat, nec contumelias libera, delegavit statim Crasso, & Catoni. Namque hos illi, quibus erat Pompeji suspecta potentia, propugnatores senatus, repudiante privatim Lucullo, ceperunt. *Plutarchus in Lucullo.*

HORATIUS expostulat cum Iccio familiari suo, qui omisso philosophiæ studio, prædæ & pecuniæ inhians, militiæ se adixerit, præter omnium opinionem, quippe qui pulchre jam instructus esset ad Stoicam disciplinam. *Ode 29. lib. 1.*

Quis neget arduis Pronos vel ab ipse rivus Montibus, & Tiberim reverti? Cum tu cœpseris undique nobiles Libros Paneti, Socraticam & domum, Mutare Lorici Fibris Palliatus, meliora temni? Damalippus de seipso hæc narrat, apud Heraclium lib. 2. satyra 2.

Olim nam querere amabam Quo vaser ille pedes lavisset Sisyphus are. Quid sculptrum infabre, quid fsum durus esset. Callians huic signo ponebam millia centum, Hortos, egregiasque domos mercarier unus Cum lucro noram: unque frequentia Mercuriale Imposere mihi cognomen compita. Verum Emovit veterem mirè novus, ut solet, in car Trajecto lateris capiti que dolore: Nam male re gesta quam vellem mittere operio Me capite in flumen, dexter setie, & cave saxis Te quicquam indignum: pudor, inquit, te malus urget, Insanos qui inter verare infans haberi.

Subinde insania species omnes recensendo, est infortunato mercatore felicem reddidit Philosophum Sertorium.

LOTHARIUS Imp. Ludovicus Pii F. eam vite varietatem attulit, ut meliore an deterior fuerit, dijudicari non possit. Contra patrem optimum factiosus, tandem Monachum in Pruenfensi cœnobio induit. *Signon. lib. 5. regni Ital.*

ALDEFONSUS IV. Asturum rex, levitate potius quam pietate religionis operibus devovit, & aliquandiu huic proposito inherendo, decrevit sibi substituire fratrem suum nomine Ranimirum. Ranimirus cum magno exercitu veniens Zemoram, Aldefonso spontè abdicante substituit. Aldefonsus ad locum, qui Dominos sanctos vulgò dicitur, super ripam Cæje fluminis, habitum Monachalem assumpsit. Interea cum Ranimirus contra Mauros abisset, Aldefonsus vite Monasticæ pertusus, Legionem veniens, regno iteram inhiare cepit. Ranimirus duobus annis obelsum in deditationem recepit, & in carcerem miti iussit. Dum hæc sunt, Aldefonsus, & Ordonius, & Ranimirus, filii regis Froile, fratris Aldefonsi, apud Astures rebellarunt, indignati, quod in cessione Aldefonsi, & substitutione Ranimiri, non fuerant evocati. At Ranimirus victor fratrem Aldefonsium, & consobrinus crudeliter excecavit. Tandem penitentia ductus, prope Legionem in ripa Turii Monasterium sancti Juliani construxit, & in eo fratrem, & consobrinos collocavit, ubi usque ad finem vite necessaria habuerunt. *Rodericus Tolet. lib. 5. rerum Hisp. cap. 5.*

AMURATES II. Turcorum rex, quum ad Varnam exercitus suos in fugam se dare cerneret, vovit, si incolomis evaderet præfens periculum, & victoria potiretur, se cessurum regno, & id commissurum filio, & abiturum in Asiam, ut ibi admixtus sacerdotibus, & Nazareis, vitam traduceret, & cultum frequenter Mahumetem, eique immolauerum. Adeptus igitur victoriæ, Mahumetem F. juniorem ad regni moderam mentem vocavit sed penitentiam paulò post ductus, per Chaitrem Mahumetem filium venatum extrudit, filioque venatione occupato, ad præstitutam à Chaitre diem regnum invasit: civibus